



**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad  
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

**Vatier, Antoine**

**Dilingæ, 1689**

XII. Annotatio. Ordo secundæ Hebdomadis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](#)

XII. Annot. Ordo secundæ Hebdom. 675

iam utique perfectissimum, postulatq; ut illud  
Nicodemus serio, & ex animo dicamus: Sci-  
ens, Domine, quoniam à DEO venisti Magister.  
ungulares autem actiones, ut videamus, num  
ad virtutis summam integratatem nos ducant,  
nam Salvatoris nostri sanctissimis operibus  
compatari vult, quas idcirco tam penitulat  
considerandas proponit. Ad quod etiam maxi-  
mum servit, si Divini Spiritus motus, & lumina  
discernamus illarum regularum ope, quas à  
Ignatio concinnatas eadem hebdomas pro-  
ponit.

XII. ANNOTATIO.

Ordo secundæ Hebdomadis.

Pro quarta die. Ante primam meditatio-

In primis nobis proponit Christum Redem-  
torem nostrum, invitantem omnes ad arma-  
cium, cum ingenti bellantium lucro, capien-  
dam quā in re robustissima nobis motiva enumera-  
tur. Perfectionem studio impensisimo sequen-  
ti. Tum primas sanctissimæ vitæ ejus actiones  
nobis proponit, tanquam morum nostrorum  
regularum. Deinceps eundem nobis quasi Belli  
ducem ostendit, qui sub vexillo suo omnes  
vitæ virtutis studiosos colligat. Id quod fecit

Uu 2

DEI

676 XII. Annotatio. Ordo secunda Hebdomadis  
DEI Filius, cùm triginta jam annorum tali  
vivendi genus instituit sequi, quale anteā nemo  
hominum unquam professus est. Quò peruenit  
quidquid à Baptismo ad Passionem usque sum  
gessit, ad Humilitatis excellentissimæ ratione  
exadum.

Secundæ igitur Hebdomadis meditationes  
erunt: prima, quæ de Regno Christi, tum illæ  
quæ de ejus Incarnatione, Nativitate, Circum-  
cisione, Præsentatione, Fugâ in Aegyptum  
profectione in Hierusalem anno ætatis duode-  
cimo, & demum de reliquis ad trigesimum  
que annis instituentur. Nona erit de duobus  
vexillis. Decima de tribus modis Humilitatis.  
Ultima de tribus Classibus.

Postrema hæc non est de aliquo vitæ Sal-  
toris mysterio, eo tamen fine à S. Ignatio pro-  
ponitur, ut animum, qui de abiiciendis amori  
Christi temporalibus bonis deliberat, ad aliquam  
hac in re statuendum juvet. Adquod perquam  
est idonea, sed & eō conductit, ut, quidquid ad  
Perfectionem pertinet, natura utcunque no-  
pugnante, fortiter amplectamur. Unde p-  
Coronide illius Dicī præscripta est, quā  
duobus Vexillis sit meditatio, manifestè fatus  
rerum omnium abdicationē, & Pauperis Christi  
in summa paupertate sequelam nos invitamus.

XIII. Ad